



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Catharina Virg. & Mart. 25. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

velut fascem suum generosus miles portavit. Sed neque ignes horruit, & plagas pro Christo etiam averfas adversas putavit. Exilium velut missionem accepit. Caput spiculatori velut Imperatori coronandum portexit. Illud in primis memorabile, quod MERCURII operâ, etiam cum in caelo jam ageret, VIRGO MATER sit usa. Nam ajunt D. Basilium ante VIRGINIS effigiem Iuliani impietatem accusasse, hanc capitis in tyrannum sententiam dixisse, & ad id ablegasse MERCURIVM; à quo ille confossus haustum è vulnere cruorem cum hâc impiâ voce in caelum ejaculatus sit: *Vixisti Galilee*: rem omnem ab absente tunc Martyris hastâ & prostridie cruentâ proditam esse. Atque hoc puto etiam Sodalibus aurem vellicabit, quæ semper MATREM audit, etiam nonnumquam eam judicem esse. *Ex Baron. & Metaphr.*

Audes aperire os tuum, & in caelum juramenta atque blasphemias emittere? & non times ne forte falx ignea, quam Propheta vidit, demoretur in domo tua, & te excidat, qui sic audes aperire os adversus Deum, in quem Angeli non audent oculos conjicere? S. Ephrem paræn. 43.

S. CATHARINA VIRG. & MART.
25. Novembris:

PAlladem Christianam damus, CATHARINAM inquam, fortissimam virginem & sanctiorum Musatum dignissimam Praesidem, non ægide aut hastâ mendaci, sed rotâ fractâ & lacteo gladio formosam. Ausa est hæc una ex omni Alexandria Diis sacrificantem Maximianum interpellare, stultitiæ quæ propalâam arguere, quin captiva cum quinquagenis Philosophis pro Christo in

25. Nov.

vit. Sed
to etiam
missionem
tori co-
norabile,
celo jam
t. D. Ba-
impicta-
senten-
rvm; à
cruorem
lit: Vi-
Martyris
Atque
t, quæ
nam cam

amenta
ne forti
er in de-
pevere os
est ocu-

ART.

RINAM
etiorum
ide aut
o gladio
xandria
bellare,
capera
Christo
in

25. Nov. VITÆ SANCTORVM. 579

in arenam descendere. Et facti sunt tot viri à vir-
gine se victos, & in flammis abjecti, manus Deo,
& palmam CATHARINÆ dederunt. Illuc CATHA-
RINA etiam Imperatricem, quæ ad vincam invi-
scat, carcerique præfectum Porphyrium cum suis
promisit. Ipsa ultima cum tyranno commissa pri-
mas tamen abstulit. Nam carceris tenebras cur
non suspexisset, in quibus præsentem illi licuit
Christum aspicere? Iam verbera ac plagas facile
tulit, cum idem, ut promiserat, rubor suppedita-
ret. Negatum verò undecim ipsos dies cibum
porumque etiam contempsit, cum comneatus è
celo suppereret. Quid? ingeniosam in tormenta
rotam, velut melior fortuna calcavit. Denique
vireum (ut nobilis ævi nostri Poëta ait) credidisset,
nisi cum caput ensis abstulit, virginem lac, quod
pro sanguine fluxit, prodidisset. Meruit tanta vir-
tus ab Angelis in monte Sinâ tumulari, & è tu-
mulo hodie etiam CATHARINA oleum terris di-
vulsi; ut quod de suâ Pallade finxit antiquitas, de
nostrâ sine mendaciò possimus affirmare. Ex
Metaphr.

*Virgo Christus est, & Virginis filius, & virginem
conjugem vult habere. Tu si habes Angelicam (plus
dico vobis) Christi Matrisque sua gratiam, hila-
resce, tripudia, & in amplexus Christi gestiens, illud
monitorium clama suspirans; Osculetur me osculo
veri sui. S. Bern. in Evang. de 10. virg.*

S. CONRADVS EP. 26. Novembris.

CONRADVS insulam Constantiensem accepit
à D. Vdalrico Augustanorum Prasule. Fuit
tam uterque cœnam frugalem sanctis de Deo ser-
mocinationibus aspergerent. Et erat is dies Iovi
dicatus.

Bb 2